

pra, id quod sibi impositum est et pro contributio-
ne et auxilio hic infra specificando.

Et ut hiujusmodi defensio eo citius promptius et
convenientius provideri et effici possit, per ipsum
capitanum generalem declaratum et conventum
est quemadmodum ad praesens declaratur, quod
predicti confederati statim et in promptu presta-
bunt summam centum et octo milium scutorum
auri de camera realiter et cum effectu. Quae qui-
dem summa in primum Dominus Noster, respectu
sopradicto et ratione terrarum Sedis Apostoliane
in eadem Italia existentium, pro sua rata 30 milia
scutuum, similiter Caesarea Maiestas pro sua rata
40 millia, Dux Medionali 15 millia, Dux Ferrariae
10 millia, Senenses 5 millia, Caesar praeterea ut
prefertur dicti Dux et Reipublicae Iauenses 8
millia. Quae quidem summa 108 millia scutorum
consignabitur et deponetur ad manus mercatorum
aut aliarum sufficientium personarum in Italia com-
morantium, ad declarationem Sanctissimi Domini
Nostri et Maiestatis Caesareae, seu habentium man-
datum ab eis, qui eandem recipere solutionem faci-
les esse possint, ad satisfactionem et arbitrium su-
pradieti Capitanei generalis et commissariorum ut
supra, qui etiam eidem debitas cautions et obbliga-
tiones dabunt de huiusmodi pecunia tradenda et
praestanda in totum vel in partem prout vi neces-
sitas exigerit, ac quotiens et quandocumque per
eum Capitanum et commissarios ut supra fuerint
requisiti. Et ex nunc autorizant respective praefati
contrahentes omnes quietantias et litteras receptio-
nis, quas praedicti Capitaneus et commissarii ut su-
pra prenarratis mercatoribus aut aliis personis,
quae huiusmodi pecuniam recipient et exponent
daturi sunt, eosque mediantibus praemissis liberos
et quietos redant.

Insuper, casu quo Italia invaderetur cum exercitu
terrestri, ita quod huiusmodi summa non sufficeret
ad praedictam defensionem et resistantiam, et ipsi
Capitaneo et commissarii ut supra videretur haben-
dum esse exercitum in campo, vel disponendos
milites, tam pedestres, quam equestres, in confini-
bus, vel habere exercitum instructum: ipsi contra-
hentes convenerunt, tractarunt et promiserunt,
quemadmodum tractant et promittunt, adimplere et
satisfacere omni mense, bello in Italia durante, et
tam diu, quam huiusmodi confederatio durabit,
summam 84 millia scutorum monetae predictae,
videlicet Sanctissimus Dominus Noster 20 millia,
Caesarea Maiestas 36 millia, Dux Mediolani 15 mil-
lia, Dux Ferrarine 8 millia, Senenses 2 millia, pro

Duce aut repubblica Januense Caesar ut supra pro-
mittit in singulos menses solvere 3 millia, habito
respectu quod sint in confinibus, hoc quidem casu
quo et pro eo tempore, quo dicti ianuenses non ra-
tionabiliter debeant sibi timere ab invasione inimi-
corum, et sit necessarium eis habere praesidia in
Genua, in quo casu talis necessitatis excusabuntur,
ab huiusmodi contributione 3000 scutorum. Quae
summa 84 millia scutorum consignabitur etiam ad
manus eorum quos Sanctissimus Dominus Noster
et Caessrea Maiestas declarabunt et convertetur et
impendet in salario et intertentione equitum ca-
tafratarum seu gravioris et levis armaturae, nec
non peditum hispaniarum, italorum et germano-
rum, similiter artellarum munitionum et aliorum
sumptuum, qui eidem Capitaneo et commissariis ut
supra necessarii videbuntur. Qui etiam adverterint
ne ipsos contrahentes maioribus sumptibus et im-
pensis onerent, neque diutius quam necessitas ex-
postulaverit. Et tenebantur ipsi contrahentes et qui-
libet eorum partem ipsam contingentem de mense
in mensem complere et praestare ut supra dictum
est ad nudam et simplicem requisitionem prefati
Capitanei et commissariorum ut supra, sub poena
universi damni et interesse ad quae ex nunc ipsi et
eorum quilibet se submittit et astringi.

Item, cautum est et tractatum quod si forsitan
accidat exercitum ipsius ligae seu alias copias esse
et crassari in terris et dominiis aliquorum ex con-
federatis et ab eis opprimi et damnificari, tunc et
eo casu Capitaneus et commissari predicti suble-
vabunt eosdem confederatos a predicta impositione
mesua, secundum et pro eo tempore et pro exigentia
damni quod patientur dicti confederati.

Item, expresse cautum est et tractatum, quod
casu quo Caesarea Maiestas teneatur iusta formam
predictae ligae contractae inter praedictum Santissi-
mum Dominum nostrum, Suamque Caesaream 221
Maiestatem et Venetis intertenere equites et pedi-
tes, tormentaque bellica habere, quae predictae
ligae virtute intertenere tenentur pro defensione
status Mediolani, tunc in eo casu habito respectu.
Et atento quod predicta particularis defensio sit
etiam in beneficium generalis defensionis, quodque
predicta particulari liga per tenores huiusmodi ligae
in suo robore remanent omne id quod Caesarea
Maiestas in intentione et stipendio predictorum
equitum et peditum et tormentorum impendet et
solvet censebitur impensum et solutum pro hac
liga et contributione mensua pro tempore et casu
illius, et tam diu quam diu locus erit intentioni